

APPENDIX PRIMA.

OPERA SANCTO JULIANO SUPPOSITA.

MONITUM.

Omnia opera sancto Juliano falso ascripta, pauca illa quidem, hac brevissima concludimus appendice: Chronicon scilicet regum Wisigotthorum, Wulse frequentier appellatum; tum duo carmina, et epitaphia iuatuor. Queris quis haec Juliano imputaverit? Ille qui sub ementitis Juliani et Luitprandi nominibus chronica illa pervulgata, tot fabulis insignia commentus est. Et quod ad chronicon Wisigotthorum spectat, quam opus est vere aureum (quemadmodum illud appellavit perdoctus vir Joan. Bapt. Perez in epistola trævia tom. I Collectionis concil. Card. de Aguirre) cuius luce Hispaniae chronologia et sacra et profana nūnquam quantum illustrata est; ut tamen illud sancto Juliano attribuatur, nullo satis solidō evincitur argūmento. Neque enim illud totum, prout nunc exstat ad usque Witizæ regnum perductum, Juliani esse potest: neque etiam si dicatur postrema ejus capita fuisse ab aliquo prioris chronicī continuatore conscripta, (quod nobis singula considerantibus, atque alterius ab altero in designandis annis diebusque diversitatem contemplantibus tantum non evidens est, et exploratum) prioris chronicī partis Julianus minime potest auctor appellari. Si quid enim conjectando assequi valemus, ex nonnullis antiquioribus codicibus, in quibus præsens chronicon ad Ervigii regni initia tantum pervenit, ut patet ex editionibus Aguirriana, et Vulcanii in notis ad historiam Wisigotthorum Jornandes, illud potius elicetur, auctorem illius alium fuisse quam Julianum nostrum, qui sub Egica mortuus, nec Ervigii mortem, nec Egicæ ad regnum accessum facile silentio prætermisisset. Jam vero si illud adjungas, prædicti chronicī nullam a Felice in Juliani elogio fieri mentionem, cum tamen Wambæ regis historiam diligenter adnotaverit, concludere oportet, hujusmodi opus temere sancto Juliano fuisse ascriptum.

Nunc si verum auctorem queris, omnino ignoramus. Nam quod Wulse appellatur, atque hujus nominis scriptori vulgo tributum est, quem episcopum Hispanum nonnulli etiam dixerunt, putidus est error, nostro quidem judicio ex eo ortus, quod ab aliquo librario imprudenter exscriptum fuerit Wulse-Gothorum pro Wisc-Gothorum, quod in velutinis exemplaribus legitur, atque inde ad alias manaverit. Wulse certe nomen inter illius temporis scriptores, multo minus inter Hispaniæ episcopos, uspiam legitur. De quo consulendus P. Florez tomo II Hispaniæ sacræ, cuius nos editionem præsentis Chronicī expressimus, adjectis similiter ad marginem pluribus quam is, variantibus ex codice quem sæpe memoravimus, Joan. Bapt. Perez.

CHRONICA REGUM WISIGOTTHORUM.

A Era quadringentesima [407 S. Isidorus] in Gotthis primus rex Athanaricus efficitur. Post hunc Alaricus. Quo in Italia mortuo, Ataulphus eligitur. Isto regnante, Gotthi, relicta Italia, Gallias, ac postea Hispanias occupant. Anni vero regum hac summa notantur.

- 1 Athanaricus regnavit annos 13 [Fors. 12].
- 2 Alaricus regnavit annos 28 in Italia.
- 3 Ataulphus regnavit annos 6 [Fors. 5].
- 4 Sigericus [Segericus] regnavit annos ^a 7, alibi semis tantum.
- 5 Walia regnavit annos 3 [Fors. 4].
- 6 Theuderetus [Theudericus... ann. 23] regnavit annos 33 [Fors. 32].
- 7 Thurismodus [Thurismundus] regnavit annos 3, alibi 4 ^b.
- 8 Theudoricus [Theudericus] regnavit annos 7, alibi 13 ^c.
9. Euricus regnavit annos 15 [20], alias 17 [Fors. 18 ^d].
- 10 Alaricus regnavit annos 25.

A 11 Geselicus [Gesaleucus] regnavit annos 3 et in latebra annum 1, alibi 15 ^e.

Theudoricus de Italia regnat in Hispania, tutelam agens Amalarico nepoti suo, per consules, annos ^f 41, alias 15 [Item Theudericus de Italia in Spania... per consors an. 11].

12 Amalaricus [Amalericus] regnavit annos 5.

13 Theudis regnavit annos 16 menses 6, alias 17 m. 5.

14. Thendisclus regnavit annum 1, menses 6 [5], dies 13.

15 Agila regnavit annos 5, menses 6 [3], dies 13.

16 Athanagildus regnavit ann. 15, menses 6, alias 14.

Vacat regnum menses 5, et alibi 15.

17 Liuba regnavit annum 1.

18 Liuvigildus [Leubegildus] regnavit annos 48.

19 Reccaredus regnavit annos 15, menses 6 [1], dies 10.

20 Item Liuba regnavit annum 1, alias 2, mens. 6.

B

autem Geselicus unum regnasse annum in latebra dicatur, bene omnes norunt id esse quod sanctus Isidorus scripsit, nempe regem ex Africa redeuentem ob inetum Theodorici petuisse Aquitaniam, ibique anno uno delituisse.

^f Minime 41, sed quindecim tantum annos, vide licet ab 511 ad usque 526 Amalarici tutelam egit Theudoricus, cuius regnum in Italia triginta tres solum annos ex sancto Isidoro duravit.

^a Malim pro annos, legi dies.

^b Hæc chronologia sequenda, non prima.

^c Id. hoc in rege.

^d Quanquam credimus annorum supputationem quam notainus in Athanarico, Athaulpho, Walia, Theuderedo, et Eurico veriorem esse altera Chronicorum auctoris, nihilominus fatebimur, eum in ea seculum fuisse sanctum Isidorum in Gotthorum Historia.

^e Cur hic 15 adjiciantur non facile dixerim. Quod

- 21 Witericus regnavit annos 6, menses 10.
 22 Gundemarus regnavit annum 1, menses 10, dies 14 [13].
 23 Sisibutus regnavit annos 8, menses 11, dies 16, alias menses 6.
 24 Item Reccaredus regnavit annos [menses] 3 [4], alias paucos d^rs.
 25 Suinthila regnavit annos 10.
 26 Sisenandus regnavit annos 4 [3], menses 11, dies 16.
 27 Chintila regnavit annos 3, menses 9 [8], dies 9.
 28 Tulga regnavit annos 2, menses 4.
 29 Chindasvinthus [Cindasvindus; Aguirre Chin-
disvindus] solus regnavit annos 6, menses 8, dies 11.
 Item cum filio suo domino Reccesvintho [Ag. Re-
cesvindo] rege regnavit annos 4 [3], menses 8, dies
11 [Ag. 12]. Obiit pridie Kal. Octobris, æra 691.
 30 Reccesvinthus [Reccevindus] ^a solus regnavit
annos 25, menses 7 [6], dies 11 [2]. Obiit Kal. Sept.
die 4 feria, hora 3, æra 710, anno incarnationis Do-
mini nostri Jesu Christi 672, anni cycli decemno-
nalis 8, luna 3. Idem cum patre suo regnavit annos
4, menses 8, dies 11.
 31 Suscepit autem dominus [gloriosus dominus]
Wamba regni gubernacula eodem die quo ille obiit,
in supradictis Kalend. Septembribus, dilata unctionis

^a Perquam recte probat Enricus Florez tom. II Hispan. Sacr. part. II, cap. 2, § 3, delendum esse
verbū *solus*, cum Reccesvinthus post mortem pa-
tris tantum regnaverit annos 18, menses undecim, id
est, a prima die Octobris anni 653 ad diem 1 Sep-
tembris anni 672.

A solemnitate usque in diem 13 [Agwir. 14] Kal. Octob.
Luna 21, æra qua supra. Idem quoque gloriosus
Wamba rex regnavit annos 8, mensem 1, dies 14.
Acceptit quoque pœnitentiam p̄adictus princeps die
Dominico exēunte, hora noctis prima, quod fuit pri-
die Iūs Octobris, luna 15, æra 718.

32 Suscepit autem [statim] succedente die, secunda
feria, gloriosus dominus noster [deest noster] Ervigius
regni sceptra, quod fuit Id. Octobris, luna 16, æra
718, dilata unctionis solemnitate usque in superven-
ientem diem Dominicum, quod fuit ^b 12 Kalendas
Novembribus, luna 22, æra qua supra ^c.

Item quoque gloriosus Ervigius rex reg. an. 7, die-
bus 25, in quo die in ultima agritudine positus elegit
sui successorem in regno gloriosum nostrum dominum
Egicanem, et altera die, quod fuit 17 Kal. De-
cembris, sexta feria, sic idem dominus Ervigius ac-
cepit pœnitentiam, et cunctos seniores absolvit, qua-
liter cum jam dicto principe, gloriose domino Egic-
ane ad sedem regni sui in Toletō accederent.

33 Unctus est autem dominus noster Egica in re-
gno in ecclesia sanctorum Petri et Pauli Prætorien-
sis [Proetoriensis] sub die 8 Kal. Decembris die Do-
minico, luna 15, æra 725.

34 Unctus est autem Witiza in regno die quo
fuit ^d 17. Kal. Decembris, æra 738.

^b Ita correxit id. Florez. cum Aguirrius lege-
rit 14.

^c Hucusque edidit Aguirre, reliqua Maiansius, et
post eum laudatus Florezius.

^d Id. et recte nostro iudicio existimat hic legen-
dum 18.

CARMINA APOLOGETICA

A PSEUDO-JULIANO PETRI. ARCHIPRESBYTERO SANCTÆ JUSTÆ,

BEATO JULIANO EPISCOPO SUPPOSITA,

Typis excussa ab Laurentio Ramirez de Prado in notis ad Luitprandi Chronicón, pag. 369 et seq., edit.
Antwerp., anni 1640.

MONITUM EDITORIS HISPANI.

Piget multa, lector, in hac duo subjecta carmina adnotare. Juliano nostro ab eodem Pseudo-Juliano at-
tributa: neque id solum, sed et ab ipso conficta; cum ms. liber in bibliotheca sancte Justæ Toleti asservat-
us, ut ipse asserit, haec et alia multa sancti Juliani carmina continens, sicut et ipsa bibliotheca, merum
commentum sit, ad confingendas, faciliusque obtrudendas fabulas excoigitatum ab homine mortalium om-
nium mendacissimo. Verum ut fateamur quod res est, prioris carminis ad imperatorem directi (cujus exem-
plar ante Pseudo-Julianum nemo viderat) ansam confingendī præbuit Isidorus Pacensis in suis Chronicis ita
scribens: Romam (Julianus) per suos legatos..... iterum cum versibus acclamatoriis, secundum quod et
olim transmiserat, de laude imperatoris, misit (Apologeticum), etc. Quem locum totidem sere verbis ex-
scripsit Rodericus in sua Hispania historiā. Unde illud Pacensis hauserit, ignoramus: certe Felix in elogio
cum de Apologetico bis Romam misso loqueretur, versus nullos commemorat. Et en tibi Pseudo-Julianus
carmen ipsum, a se solo feliciter repertum, statim obtrudit, quod nos nec dubitantes rejicimus propter le-
vissimam proferentis auctoritatē. Alterum vero ad Sergium papam scriptum, atque ex eodem commentitio-
nis. erit, multo magis suppositum est. Nullus enim historicus hujusmodi cārmen ad sanctum pontifi-
cem missum ne innuit quidem, multo minus ad Sergium: quem Sergium de Apologetico loquentes, nec Pa-
censis, nec Rodericus commemorant; et ut commemorarent, a nobis ut assentiremus impetrari unquam po-
terit, repugnante historia veritate. Constat enim ex Felice, quin et Julianus ipse testatur in concilio xv
Toletano, anno 688 celebrato, Apologeticum se librum ante duos annos Romanū misisse, scilicet anno 686
cum mortuo Benedicto II, in Petri cathedra sedebat Joannes V, cui successit Conon vita functus anno 687,
sub finem Septembribus. Quomodo ergo ad Sergium Cononis successorem Carmen cum Apologetico misisset
Julianus? Spurium ergo et commentitium habendum est.

MONITUM PSEUDO-JULIANI.

Papa Benedictus (II) o^ffensus..... novitate vocum,
scilicet, quod voluntas genuit voluntatem, et quod
Christus constaret ex tribus naturis, vel essentiis,
scripsit ad illum (S. Julianum) comiter, et verbote-
nus jussit latori, ut illum admoneret de propositi-
bus. Viens sanctus doctor aliquos scandalizatos
esse novitate harum vocum, a^t ipsum papam misit

libellum responsum cum Petro regionario notario,
et simul quedam carmina de imperii laude; quæ
ego excerpti ex operibus sancti Juliani, quæ sunt
hujusmodi.

Latius imperii majestas præter orbem,

Si pietas adsit, pervolat astra super.
Caesaris ensis enim debet defendere sedem
Innotam Petri, cui Deus ipse præest.